Trajice celerrime per telam duplicem
et refrigeratione in crystallos concrese-
re fac. (*Du. Fer. Vm.*)

Fi. Mercurii, Acidi diluti ut antea, Ka-
li aceticis sesquiunciam, Aquae destilla-
tae calidae libram et uncias tres; solu-
tionem Mercurii in Acido adde solutionem
Kali in Aqua destillata, praecipitatum cum

Aqua frigida ablue, solve in **Aquae dictae** libris duabus, coque paululum, et post horae quadrantis sepositionem, liquorem decantha, qui refrigeratus crystallos praebet; — *Gal.* Protonitratis Mercurii partem, **Aquae destillatae** sex, **Acetatis Potassae** liquidi q. s. ad praecipitationem liquoris perfectam; — *Ed. C. Gr. Re.* Mercurii uncias tres, **Acidi nitrici** Aqua diluti quatuor cum dimidia, **Acetatis Potassae** tres, **Aquae bullientis** libras octo; — *Gr.* Mercurii libram in **Spiritu Nitri diluti** q. s. dissolvere, **Aquae Subcarbonatis Potassae** ope praecipitare, praecipitatum lotum et siccatum in **Aceti puri** q. s. dissolvere, filtrare, ad pelliculam evaporare et ad crystallandum seponere. (*Sabe: ein Gran früh und Abends, und allmählig gestiegen.*); — *Bor†.* H†. **Acetatis Potassae** liquidi uncias quinque, **Aquae bullientis** libras quatuor ad dilutionem, **Liquoris Hydrargyri nitrici** uncias quatuor; — *Bor†.* **Hell.** **Liquoris Hydrargyri nitrici oxydulati** q. vis, **Aquae partibus** quatuor diluto admisce **Liquorem Kali acetici** quamdiu praecipitatum crystallinum producit, quod filtro separatum et **Aqua frigida destillata** ablutum loco umbroso sicca; — *EP.* **Dissolutionis Mercurii nitrici** unciam **Aquae** duabus dilutam infundere sensim alii **Acetatis Potassae**; — *DB. T.* **Solutioni** aquosae **Crystallorum Nitrici Protoxydi Mercurii** infundere **Liquorem Kali acetici**, donec praecipitatio cessaverit; — *Br.* **Mercurii**, **Acidi nitrici** tenuis, sing. semilibram, **Acetatis Potassae** uncias octo in **Aquae destillatae calidae** libris duabus cum dimidia solutae.

Garot empfiehlt folgendes Verfahren, welches am meisten geeignet seyn soll, ein gleichförmiges Product zu geben:

R. Protonitratis Mercurii crystallisati partes septem,
Aquae destillatae partes sexaginta,
Acidi nitrici partem.
 Dissolve Sal in Acido; praeterea solve **Acetatis Sodae** crystallisati partes quinque
 in **Aquae destillatae** partibus sexaginta et solutiones commisce.

GalP. **Protonitras Mercurii** in **Aquae destillatae** **Acido nitrico** leviter infectae quantitate triplici aut quadruplici solutione et cum solutione **Sodae aceticae** 150 praecipitatum; — *Taur.* **Protonitratis** partem, **Aquae destillatae** partes sex, solutioni addere solutionem aquosam **Terrae foliatae Tartari**, quamdiu praecipitatum oritur, praecipitatum **Aqua destillata** bis ablueret et celeriter exsiccare.

Außerdem giebt es noch zwei andere Verfahrenswesen:

R. Mercurii dulcis,
Solutionis Potassae causticae, sing. uncias duas.

Tritura in mortario lapideo et adde **Aquae destillatae** uncias quatuor.

Coque per horae quadrantem continue agitando; residuum **Aqua destillata** ablue, donec ab **Argento nitrico** non amplius turbetur; sicca deinde lenis caloris ope et coque cum

Aceti destillati unciis triginta sex per horae tres quadrantes; liquorem bullientem, filtra et refrigeratione in crystallos concresecere fac. (*Han†. Vm.*)

R. Oxydi Mercurii rubri partes 9,75,
Mercurii partes 9,00.

Contere, subinde **Aceti** aliquantum addendo, ad perfectam extinctionem usque; satura deinde cum **Aceto destillato** calido, filtra subito et crystallisationi subijce. (*Vm.*)

Dieses Verfahren giebt ein Gemisch des Proto- mit dem Deutonitrate.

Lotio s. Solutio Acetatis Mercurii.
(B. Re.)

R. Protoacetatis Mercurii partes 9,00
grana decem ad duodecim,
Aquae Rosarum uncias quinque.

Dissolve.

Re. Acetatis granum, **Aquae Rosarum** unciam.

Als Waschmittel bei manchen Hautkrankheiten empfohlen.

Syrupus mercurialis. (*Vm.*)

R. Protoacetatis Mercurii partem,
Alcoholis minimum quod possit
 ad solvendum sal ope caloris; solutioni adde

Syrupi Sacchari
 partes quadraginta octo.

Misce bene.

Linimentum hydrargyro-acetosum.
(B. Vm.)

R. Protonitratis Mercurii partem,
Axungiae Porci partes sex,
Olei Olivarum partes duas.

Sal cum **Axungiae paxillo** in pulverem tere, et, si homogenea reddita est miscella, adde sensim quod restat **Axungiae et Oleum.** (*Vm.*)

B. Salis scrupulos duos ad drachmam, **Olei Olivarum** unciam.

Von einigen Ärzten gegen Flechten angewendet.

Pilulae Acetatis Mercurii. (Va.)

℞. Acetatis Hydrargyri,
Opii,
Camphorae, sing. grana triginta,
Syrupi Papaveris . . . q. s.
Fiant pilulae no. 30.
Gabe: ein bis zwei Stück täglich; bei Sy-
philis.

*Drageae s. Pilulae Keyseri, Drageae
antisymphiliticae Keyseri, Trochisci
ex Acetate Mercurii. (Ca. DB. E2.
Gr. Re. Sy. T. Va. Vm.)*

℞. Mercurii . . . unciam,
Acidi nitrici . . . quantum sufficit
ad metalli solutionem. Adde
Acetatis Potassae dissoluti . q. s.,
ut omnis Mercurius praecipitetur; praeci-
pitatum cum Manna vel Melle et Liqui-
ritiae Pulvere contere, ut fiant trochisci.
(Sy.)

℞. Acetatis Mercurii partem cum dimidia,
Amyli,
Gummi Arabici, sing.

Sacchari albi . . . partes septem,
Syrupi Sacchari quantum sufficit.
Fiat massa pilularis. (Vm.)

℞. Acetatis Mercurii,
Mannae electae,
Gummi Arabici, sing. . scrupulum,
Aeque Rosarum quantum sufficit,
ut fiant pilulae viginti. (E2. Re.)

Gr. Hydrargyri Acetatis uncias qua-
tuor, Mannae triginta, Amyli duas, Mu-
cilaginis Gummi Tragacanthae q. s., ut
fiant pilulae ponderis granorum sex.

℞. Acetatis Mercurii . . . uncias duas,
Sacchari . . . uncias sex,
Gummi Arabici . . . unciam,
Pulveris Althaeae,
— Amyli; sing. semunciam,
Mucilaginis Gummi Arabici q. s.,
ut fiant pilulae grani, Saccharo consper-
gendae. (Ca.)

Va. Acetatis, Gummi Arabici, singul.
semunciam, Sacchari uncias tres, Althaeae,
Amyli, sing. pulveris drachmas duas, Mu-
cilaginis Gummi Arabici q. s. (Acetatis
½ grani singula); — DB. T. Quantita-
tes Acetatis, Mannae vel Mucilaginis et
Sacchari non indicat, sed monet pilulas,
quarum quaeque 3 ad 4 grana Salis dic-
ti continet, Pulvere Amyli esse consper-
gendas et tres ad quatuor pro die pro-
pinandas.

Gabe: zwei Stück Morgens und Abends,
allmählig bis auf fünf und zwanzig Stück und
mehr auf die Gabe gestiegen. — Sie waren
lange in Ansehen, sind es heutzutage aber nicht
mehr; doch können sie von Nutzen seyn.

Deuto-Acetas Mercurii. (Fer. Sw.)*

℞. Oxydi Mercurii rubri uncias duas,
Acidi acetic . . . uncias septem,
vel q. s. ad Oxydi dissolutionem modi-
ci caloris ope; liquor lente ad siccum
evaporet.

Liquor hydrargyro-aceticus. (Vm.)

℞. Oxydi Mercurii rubri partes decem,
Acidi aceticici concentrati
partes quinque cum dimidia.

Oxydo in lagenam immisso Acidum in-
funde, agita et, quum totum album esse
redditum, in balneo aquae tepido cale-
fac ad perfectam liquefactionem usque;
massam crystallinam albam solve dein-
de in

Alcoholis rectificati
partibus sexaginta.

Filtra et serva.

*Tartras s. Prototartras Mercurii,
Tartras Protooxydi Mercurii, Hydrar-
gyrum tartarisatum, Tartarus mer-
curialis, Pulvis Constantini s. mer-
curialis argenteus, Mercurius tarta-
risatus. (B. Sw.)*

℞. Oxydi nigri Mercurii quantum vis,
Acidi tartarici quantum necesse est.
Coque simul ad perfectam Oxydi so-
lutionem usque; evaporent deinde ad gra-
dum necessarium, ut liquor refrigeratio-
ne in crystallos concreseat.

Gabe: ein bis zwei Gran zwei Mal täglich.

*Tartras s. Prototartras Mercurii et
Potassae. (B. Fer. GalP. Ca. DB.
Fi. Sp. Sw. T. Vm.)*

℞. Solutionis Mercurii in Acido nitri-
co saturatae et bullientis q. vis.
Guttatim instilla Solutionem Tartratis
Potassae neutralis aquosam saturatam et
bullientem, donec non amplius enascatur
praecipitatum, quod, liquore decanthato,
binis sequentibus vicibus Aquae frigidae
pauillo ablutum, in Aquae bullientis q. s.
solve et liquorem, ut in crystallos con-
creseat, ad locum frigidum repone. (B.
GalP. Sw. Vm.)

DB. T. Solutioni Crystallorum Nitra-
tis Mercurii in Aquae destillatae unciis
tribus infundere Solutionem Tartratis Pot-
assae aquosam, donec praecipitatum non
amplius promoveatur, quod repetito Aqua
frigida lotum siccetur; — Taur. Proto-
nitratris Mercurii unciam, Aquae destil-
latae leviter Acido nitrico infectae un-
cias octo, Tartratis Potassae q. s., usque-
dum nullum amplius praecipitatum effor-
metur.

R. Oxydi Mercurii e Nitrate per Potassam praecipitati et bene loti unciās duas,

Cremoris Tartari unciās quatuor.

Tritura simul per horas quatuor, tum coque cum

Aquae destillatae unciis quadraginta octo (octoginta. *DB.*)

Liquor ad cuticulam evaporatus in crystallis concreseat. (*Sp.*)

R. Carbonatis Mercurii . . unciām, **Cremoris Tartari** . . unciās sex.

Tere in mortario et pulveri infunde

Aquae bullientis . . libras quatuor.

Solutio evaporata in crystallis concreseat. (*Fer. Fi. T.*)

Solutio nondum evaporata *Aquam s.*

Liquorem vegeto-mineralem de Pressavin praebet.

Vm. Tere Oxydi Mercurii partes 10,25 et Cremoris Tartari 19,5; miscellae infundere Aquae bullientis q. s. ad perfectam solutionem, calefacere deinde per horae quadrantem ad ebullitionem usque, colare et crystallisationi subjicere. — Praeterea:

1) triturare simul Sublimati partes 12,7 et Tartratis Potassae neutralis 23, mixta terere cum Aquae frigidae q. s., ut Hydrochloras Potassae exacte separaretur, residuum in Aqua bullienti solvere, liquorem calefacere, filtrare et crystallisationi subjicere; — 2) Solutionem saturatam Sublimati decomponere Tartratis Potassae et Sodae ope; — 3) triturare simul Oxydi Mercurii partes 10,25 et Tartratis neutralis Potassae partes 23; Potassam lotionem liberatam separare, residuum dissolvere et liquorem crystallisationi subjicere.

R. Mercurii . . unciās duodecim cum dimidia,

Oxydi rubri Mercurii . unciām et drachmas quinque cum dimidia,

Cremoris Tartari . . unciām et drachmas duas cum dimidia,

Aquae . . . quantum sufficit,

ut fiat pasta, cui per longum tempus in mortario cineri calido imposito trituratae adde Aquae bullientis q. s. ad solutionem; liquor filtratus ad cuticulae apparationem usque evaporet. (*Ca.*)

Sw. *Vm.* eundem agendi modum indicant, sed *Sw.*: Mercurii partes quinque cum dimidia, Oxydi partes sex, Cremoris Tartari partes viginti septem; — *Vm.* Mercurii partes novem cum dimidia, Oxydi partes decem cum quadrante, Cremoris Tartari partes novemdecim et dimidiam; — *Vm.* praeterea: 1) terere simul Mercurii dulcis partes 22,2, Tartratis Potassae 23, Aquam instillare, calefacere, Aqua bullienti addita solvere,

filtrare et crystallisationi subjicere; — 2) triturare ad extinctionem usque Sublimati partes 12,7, Mercurii 9,5, addere deinde Cremoris Tartari partes 23; — 3) Sulphatem, paratum ex Oxydi rubri Mercurii 9,5 et Acidi sulphurici concentrati 10, terere cum metalli 9,5, massam humectare cum Aquae 10, miscere eam cum Tartratis neutralis Potassae 23, totum in Aqua calida dissolvere et sal mercuriale crystallisatione separare.

Dieses Doppelsalz bildet die Basis des *Liquor vegeto-mineralis Pressavin*, welchen man bereitet, indem man Quecksilber in Salpetersäure auflöst, es durch ein Alkali niederschlägt, den Niederschlag mit destillirtem Essige behandelt, ihn durch Zusatz von Cremor tartari wieder fällt und mit Wasser warm auflöst. (*Vm.*) — *Gr. Re.* Praecipitati e Solutione Hydrargyri in Acido nitrico Carbonate Potassae addito obtenti, Cremoris Tartari, sing. unciām, Aquae destillatae octarios duos (*Re.*), unciās quadraginta. (*Gr.*)

Dose: zwei Drachmen oder Eßffel mit zwei Pinten destillirten Wassers verdünn, zwei Unzen täglich drei oder vier Mal, bei Syphilis.

Dieses Salz ist von dem vorhergehenden nur wenig verschieden; es war einige Zeit berühmt und kann unter denselben Umständen angewendet werden.

Syrupus Tartratis Mercurii s. anti-syphiliticus Fages. (*Bo. Pie.*)

R. Stiptum Dulcamarae

libras duas cum dimidia, Aquae . . . quantum sufficit.

Coque et decocto adde

Sacchari . . . libras decem.

Coque syrupum ad globulum usque et pro octario adde momento, quo eo uti vis,

Liquoris de Pressavin unciās duodecim.

Misce exacte.

R. Corticis Mezerei . . unciās duas, Aquae . . . quantum sufficit.

Decoctioni adde

Sacchari albi . . . libras tres.

Fac deinde ut antea.

Dose: zwei bis vier Unzen täglich; auf zwei Mal.

Oleo-Margaras Mercurii, Sapo Hydrargyri s. Mercurii s. mercurialis. (*Aut. B.* LP. R. Bo. Sw. Sy. Vm.*)

R. Saponis albi . . . partem.

Dissolve in Aquae partibus quatuordecim; liquori instilla Solutionem Protonitris Mercurii maxime dilutam, donec praecipitatum non amplius enasca-

tur, calefac, ut magma bene coëat, decantha liquidum et praecipitatum Aqua tepida ablutum commisce cum Aquae 30^o R. partibus octo ac pedetentim adde Kali causticum liquidum ad perfectam solutionem usque; evaporet deinde, donec liquor digitis non amplius adhaereat.

LP. Saponis libram, Aquae quantum sufficit ad solutionem, Solutionis Nitratiss uncias sex.

Außerlich zur Auflösung von Bubonen. Auch hat man dieses Präparat bei Rheumatismen und chronischen Exanthemen empfohlen.

Sapo mercurialis Chaussieri. (Ca.)

R. Unguenti mercurialis (partes aequales) uncias tres cum dimidia.

Tritura in mortario vitreo sensim superfundendo

Natri caustici liquidi uncias tres, donec miscella magnam acquisiverit tenacitatem; tum in modulus effusam sicca.

Wie das vorige gebraucht.

Unguentum Praecipitati viridis. (Sto)*

R. Sublimati corrosivi . partes duas, Hydrochloratis Cupri . partem.

Salibus seorsim in Aqua solutis, miscce solutiones et iis infunde Solutionem Saponis albi; praecipitatum filtro receptum lavando edulcora.

Zum Verbinden venerischer Geschwüre empfohlen. Es ist eine seifenartige Verbindung des Quecksilbers mit Kupfer.

Mesembryanthemum.

Mesembryanthemum crystallinum, L.; Eißkraut, Eißpflanze, Mittagsebltume; Glaciale, Crystalline (*Gal.*); Iceplant, Diamond fig, Marigold (*Ang.*); Isplante (*D.*); Hierba de la plata (*His.*); Yskruid (*Bel.*); Erba crystallina (*I.*); Agelada (*Lus.*); Isört (*Suec.*).

Bat. Fulz. Auf. Mz. B. Gr.

⊙ (*Icosandria Pentagynia, L.*; *Ficoideae, J.*) Eine Pflanze des Archipels. (*Dill. Elth. 231. t. 180. f. 221. Plenck t. 397.*)

Das Kraut, welches man anwendet, besteht aus einem ästigen Stängel mit kleinen, eirunden, wellenförmigen, entgegengesetzten oder abwechselnden Blättern, welche, so wie ersterer, überall mit sehr großen glänzenden Krystallblasen bedeckt sind. Es hat einen faden, etwas widerlichen Geschmack.

Kühlend, auflösend, bei convulsivischem Husten und Dysurie, so wie als specifisch harntreibendes Mittel gepriesen.

Gabe: vom Saft, ein Löffel alle zwei Stunden.

Conserva. Mesembryanthemi crystallini. (Fulz.)

R. Herbae Mesembryanthemi crystallini recentis contusae et cribratae partem, Sacchari albi . . partes duas, Misce trititando.

Linctus s. Looch Mesembryanthemi crystallini. (Auf. B)*

R. Succi Herbae Mesembryanthemi crystallini, Syrupi Musci albi querni, sing. unciam.

Misce.

Gabe: ein halber Löffel täglich sechs Mal; bei convulsivischem Husten der Kinder.

Syrupus Mesembryanthemi crystallini.

R. Succi expressi Herbae recentis Mesembryanthemi ebullitione depurati et despumati . . partem, Sacchari . . partem cum dimidia. Fiat syrupus.

M e s p i l u s .

Zwei Arten dieser Pflanzengattung finden sich in den Pharmacopöen angeführt:

1) *Mespilus Germanica, L.*; Mispelbaum; Nètier d'Allemagne (*Gal.*); Dutch Medlar, Medlartree (*Ang.*); Mispelträe (*D.*); Nispero, Nespero, Niespera, Nispola (*His.*); Mispelboom (*Bel.*); Mespplik, Niesplik (*Pol.*); Nespereira (*Lus.*); Mispelträd (*Suec.*); Nespolo (*I.*).

Wirtz. Mz. Ams. Gal. His3. LP. Taur.

Re. Sp.

Ein Baum (*Icosandria Pentagynia, L., Rosaceae, J.*), welcher auf den Europäischen Gebirgen wächst. (*Blackw. t. 154. Plenck. t. 893. Bert. Bild. V. 87. fig. 2. Nouv. Duh. IV. 38.*)

Man wendet die Frucht und den Samen an.

Die Frucht, Mispel (*fructus Mespili*), ist rundlich, Platt gedrückt, fleischig, an der Spitze genabelt, und enthält mehrere einsaamige Fächer. Ihr Geschmack ist herbe und zusammenziehend, wird aber, wenn sie durch Liegen weich geworden und daher in einen der Fäulniß nahestehenden Zustand (*blossissement*) gekommen sind, süß, wenig und sehr angenehm. — Der Same ist knochig, sehr hart und länglich.

Die Frucht ist etwas abstringirend und der Same gilt als harntreibend.

2) *Mespilus (Crataegus) Oxycantha, Cand.*; Weißdorn; Aubepine, Epine blanche (*Gal.*); White Hawthorn (*Ang.*);

Hagetorn, Hvidtorn (*D.*); Espino majuolo (*His.*); Haagedoorn (*Bel.*); bianco Spino (*I.*); Bodlak (*Pol.*); Espinheiro alvar (*Lus.*); Hagtorn (*Suec.*)

Gal. His3. Taur. *Gr. Sp.*

Ein Strauch (*Icosandria Digynia, L.*; *Rosaceae, J.*), welcher in ganz Europa gemein ist. (*Blackw. t. 149. Schk. t. 132. Jacq. Fl. Austr. III. t. 292. f. 2.*)

Man wendet die Blüthen (*Flores Oxycanthae s. Spinae albae*) an; sie sind weiß, groß und in Straüße vereinigt. Sie haben einen angenehmen Geruch, welcher durch Trocknen sich fast ganz verliert. Der Geschmack ist schwach styptisch.

Mit lauwarmem Wasser aufgegossen, werden sie bisweilen als Hausmittel gegen Husten gebraucht. Die *Materia medica* verliert an ihnen nichts.

M e u m.

Ligusticum (*Aethusa, Athamanta*) *Meum*, Ro.; Bäurwurz, Hundspeterfille, Herzwurzel, Mutterwurz, Bärensenkel; Méum, Méon, — d'Athamanthe oder athamanthique (*Gal.*); Common Spignel, Spicknel, Bearwort, Mew (*Ang.*); Keprnik (*B.*); Björnedild (*D.*); Meo (*His. I.*); Beerwortel (*Bel.*); Olesnik (*Pol.*); Björndill (*Suec.*)

Br†. Wir†. Wür†. M†. An. Bel. Fer. GalP. His3. Pm. Taur. Be. Br. G. *Gr. Re. Sp. Z.*

4 (*Pentandria Digynia, L.*; *Umbelliferae, J.*) Eine in Europa wachsende Pflanze. (*Blackw. t. 525. Plenck. t. 201. Hayne VII. t. 12. Zorn Ic. pl. t. 499.*)

Man wendet die Wurzel (*radix Mei s. Mei athamantici s. Anethi s. Foeniculi ursini*) an; sie ist sechs bis acht Zoll lang, fingerdick, runzlig, außen schwärzlichgrau, innen weiß. Sie hat einen starken balsamischen Geruch und einen gewürzhaften, brennenden Geschmack.

Reizend, harntreibend, Brustmittel; aber wenig gebraucht.

Millefolium.

Achillea Millefolium, L.; Schafgarbe; Millefeuille commune, Herbe à la coupe, aux charpentiers (*Gal.*); Common Milfoil, Yarrow (*Ang.*); R'zeb'rik, Rebrjcek (*B.*); Röllike, Harhous, Jordhumble (*D.*); Millefolia, Milenrama (*His.*); Gemeene Duizendblad (*Bel.*); Millefoglio, Millefoglie (*I.*); Tysiacznik ziele (*Pol.*); Milem rama, Milfolhas (*Lus.*); Rölleka (*Suec.*)

At†. Ba†. Bad†. BorC†. Bor5†. Br†. Ful†. Ham†. Han†. HassP†. HC†. HN†.

Lit. Of. Sax2†. SH†. Sm†. Wir†. Wür†. M†. Ams. An. Arg. B. Bel. D. DN. Fenn. Fer. Gal. Gen. Hell. His3. LH. LP. Lus. Pol. R. RC. SG. Suec. Taur. Be. Br. Fi. G. *Gr. Pid. Re. Sp. Z.*

4 (*Syngenesia Polygamia Superflua, L.*; *Synanthereae, Cass.*). Eine europäische Pflanze. (*Blackw. t. 18. Schk. t. 255. Plenck. t. 631. Düss. off. Pfl. I. t. 21. Zorn Ic. pl. t. 29. Guimpel t. 14.*)

Man wendet das Kraut und die blühenden Spigen an.

Das Kraut (*herba Millefolii s. Achilleae vulgaris*) besteht aus langen, behaarten, doppelt gefiederten, in viele linienförmige Fiedern getheilten Blättern. Es hat einen angenehmen Geruch und einen bittern, gewürzhaften, etwas adstringirenden Geschmack. — Die Spigen (*summitates vel flores Millefolii*) bilden endständige, aus dichtstehenden, weißen oder purpurrothen Blüthen zusammengesetzte Straüße. Sie haben einen etwas unangenehmen, schwach gewürzhaften Geruch, und einen bittern, etwas scharfen, balsamischen Geschmack.

Reizend, tonisch, krampfstillend, Wundmittel; bei Hysterie, Blähungs- und Hämorrhoidalcolik angewendet. Man giebt den ausgebrückten Saft zu einigen Unzen.

Species contra sputum sanguinis s. adstringentes. (Pal†.)

R. *Millefolii florescentis uncias novem,*

Herbae *Tormentillae cum Radice,*

— *totius Pimpinellae albae,*

— *Plantaginis,*

— *Virgaureae,*

Florum Rosarum rubrarum, sing. sesquiciunciam.

Concisa misce.

Succus Millefolii. (Hass†. T.)

R. *Herbae recentis Millefolii q. vis.*

Contunde in mortario lapideo, *Aquae paucillum adspargendo; exprime fortiter, succum sepone, decantha et in lagenis serva.*

Extractum Millefolii aquosum.

At†. Ba†. Bad†. Bor5†. Han†. HassP†. HN†. Of†. Pal†. Sax2†. SH†. Wir†. An. HC†. D. DN. Hell. SG. Suec. *Gr. Pid. T. Vm.)*

R. *Foliorum Millefolii recentium q. vis.*

Contunde cum *Aquae paucillo et per pannum cola; sepone, decantha et prope ignem coagulatum iterum cola; tunc ad massae pilularis consistentiam evaporatum ab igne remove, faeculam antea repositam commisce et iterum ad aptam spissitudinem vaporando consume. (Vm.)*

R. Herbae Millefolii . . . libram,
Aquaе frigidaе . . . libras duodecim.

Maccera per horas 48, subinde agitan-
do; cola et, colatura ad librarum dua-
rum circiter remanentiam consumpta, li-
quorem refrigeratum cola, et vaporando
in balneo aquae ad consistentiam requi-
sitam consume. (Han†.)

HN†. ut extractum Chamomillae fri-
gide paratum. (*Extractum Millefolii
frigide paratum.*)

R. Foliorum recentium Millefolii,

Aquaе frigidaе, sing. . . partem.

Maccera per horas duodecim et adde
Aquaе bullientis duplum pondus massae
totius. Post refrigerationem colatum et
Albumine clarificatum igni impone et li-
quorem, quum spissescere coeperit, per
pannum trajectum, continue agitando, pro-
be consume. (Vm.)

R. Herbae Millefolii . . . libram,

Aquaе fontanae . . . libras sex.

Digere per horas quatuor, tunc pa-
rumper coctum cola exprimendo et co-
laturam ad extracti spissitudinem con-
sume. (Lit. Pal†. Wirt†.)

R. Herbae Millefolii . . . partem,

Aquaе communis . . . partes octo.

Infunde per horas quatuor, tunc co-
que per quadrantem et cola fortiter ex-
primendo. Residuo cum Aquaе partibus
quatuor cocto, liquores commisce, qui
per horas 24 sepositi ad requisitam con-
sistentiam evaporent. (Sax†.)

R. Herbae Millefolii . . . libram,

Aquaе communis . . . libras sex.

Coque per horam, cola exprimendo et
colaturam decanthatam post horarum
24 sepositionem blando igne consume.
(Hass†. Pid.)

Ba†. Herbae partem, Aquaе duodecim
et quadrantis horae ebullitionem; — An.
Herbae partem, Aquaе partes decem et
ebullitionem per horae quadrantem; —
Gr. coquendo parat, sed quantitates non
indicat.

R. Herbae Millefolii . . . partem,

Aquaе bullientis . . . partes octo.

Coque leviter per horae quadrantem
et cola exprimendo. Residuum cum
Aquaе partibus quatuor coctum itidem
colatur: liquores tunc commixti et post
sufficientem sepositionem decanthati ad
extracti consistentiam evaporent. (Bor†.
Han†. HN†. O†.)

Bor†. DN. SG. Millefolii q. vis, Aquaе
servidae decuplum, post 36 horarum se-
positionem liquorem exprimendo separa,
residuum cum Aquaе servidae quintuplo
infunde et post refrigerationem ex-
prime; liquores decanthando colando-

que depurati et commixti primo leni
calore ad tertiam partem, tunc in balneo
vaporis ad justam extracti spissitudinem
evaporent; — Bad†. Sax†. SH†. Hell.
ut extractum Absinthii; — T. Summi-
tatum siccatarum libram, Aquaе bullien-
tis octo, 24 horarum infusionem et eva-
porationem ad extracti consistentiam; —
A†. Herbam florescentem pluribus se-
quentibus bullitionibus penitus extrahere,
liquores commiscere et decanthatos in
balneo aquae consumere; — Suc. co-
quere eam parumper cum Aquaе duplo,
exprimere, residuum cum nova Aqua de-
coquere et liquores commixtos in balneo
aquae inspissare; — HC†. ut ex-
tractum Absinthii; — HassP†. ut extrac-
tum Cardui benedicti.

Gabe: ein Scrupel und mehr.

Extractum Millefolii alcoholicum.
(Ful†. Würt. Pol.)

R. Herbae Millefolii,

Alcoholis, singulorum . . . libras duas,

Aquaе communis . . . libras novem.

Digere per horas duodecim, cola ex-
primendo; Alcohole destillando sepa-
rato, residuum ad requisitam consisten-
tiam evaporet. (Pol.)

Ful†. Würt. Herbae, Alcoholis, sing.
libram, Aquaе libras octo, tres dies in-
fusionis.

Syrupus Millefolii s. de Millefolio.
(Gal.)

R. Foliorum Millefolii recentium

semilibram,

Aquaе bullientis . . . libras tres.

Infunde per horas duodecim, filtra et
liquori adde

Sacchari albi . . . duplum.

Gabe: eine halbe bis zwei unzen.

Tisana haemastatica. (Pic.)

R. Caudae vulpinae,

Millefolii,

Foliorum Plantaginis,

— Polygoni,

— Urticae, sing. manipulum,

Aquaе . . . octarios tres.

Tertiam partem coquendo consume.

Linctus s. Looch pectoralis. (Br†.)

R. Herbae Millefolii,

— Hederae terrestris, sing.

uncias duas cum dimidia,

— Hyssopi,

Stipitum Dulcamarae, sing. unciam,

Aquaе bullientis . . . libras tres,

Post horas duodecim infusionis decoque lente ad dimidii remanentiam; exprime fortiter et adde

Mellis despumati . . . libras tres,
Aceti . . . libram.

Decoque blando igne ad mellis consistentiam.

Mixtura Millefolii, Potio excitans.
(Auf.)

R. Extracti Millefolii . . . semunciam,
Aquae Menthae piperitae uncias octo,
Elaeosacchari Menthae semunciam.

Sabe: ein Köffel vier Mal täglich.

Tinctura s. Essentia Millefolii.
(Brf. Fulf. HassPf. Li. Palf. Wirf.)

R. Herbae Millefolii . . . uncias tres,
Alcoholis . . . uncias sedecim.

Digere per tres dies, cola exprimendo et colaturae infunde

Herbae Millefolii . . . uncias duas.
Post sufficientem digestionem cola exprimendo et filtra. (Brf. Palf. Wirf.)

Fulf. Li. Herbae floresentis partem,
Alcoholis partes octo, octo dies digestionis; — HassPf. Herbae uncias quatuor,
Spiritus Vini rectificati libras duas, digere per dies sex; tincturae expressae et filtratae pondus sit unciarum viginti.

Reizend; ehehem gegen Hämorrhoiden, Mutterblutflüsse und Nierensteinschmerzen empfohlen.

Sabe: funfzig bis siebzig Tropfen.

Oleum Millefolii aethereum, Aethereoleum Millefolii. (Brf. Fulf. Sax2f. Wirf. Gr. Re.)

R. Summitatum floresentium Millefolii partem,

Aquae . . . partes tres.

Destillando elicatum oleum separetur. (Fulf.)

Sax2f. Herbae partem, Aquae partes octo; — Sax2f. Aquae q. s., caeterum ut Oleum Absinthii; — Brf. Wirf. Herbae partes viginti quinque, Aquae septuaginta quinque, Salis communis tres, tres dies digestionis.

Sabe: funfzehn Tropfen bis eine halbe Drachme.

Aqua Millefolii. (Hanf. Vm.)

R. Herbae Millefolii floresentis

libras duas,

Aquae purae . . . quantum sufficit.

Destillent librae duodecim. (Hanf.)

R. Herbae floresentis Millefolii

partes quinque,

Aquae Vitae . . . partis quadrantem,

Aquae purae . . . partes sexaginta.

Destillent partes viginti. (Vm.)

Sabe: zwei bis vier Unzen.

Spiritus aromaticus s. vulnerarius s. Millefolii s. Rorismarini compositus. (Fenn. Suec. Gr. Vm.)

R. Summitatum Millefolii sesquilibram,

— Rorismarini,

Thymi, sing. semilibram,

Alcoholis,

Aquae, singulorum . . . libras octo.

Destillent librae octo. (Fenn.)

Gr. Alcoholis congios duos, ut abstrahatur congius, absque Aqua, caetera ut antea (*Aqua vulneraria s. sclopetaria*); — Suec. Rorismarini sesquilibram, Millefolii, Thymi, sing. libram, Aquae Vitae Frumenti purificatae libras sedecim.

R. Millefolii floresentis partes tres,

Artemisiae,

Matricariae,

Scorpylli, singulorum . . . partem,

Aquae Vitae . . . partes sedecim,

— purae partes quadraginta octo.

Destillent partes sedecim. (Vm.)

Aqua pontificalis s. vulneraria Romana s. Succorum vegetabilium vulneraria, Balsamum vulnerarium vegetabile, Liquor vulnerarius vegetabilis Dippelii, Spiritus aromaticus s. vulnerarius acidus s. Millefolii s. Rorismarini acetatus. (Wirf. B. Fenn. Fer. His3. Suec. Vm.)

R. Herbae Nummulariae,

— Betonicae,

— Chaerophylli,

— Plantaginis,

— Aristolochiae Clematidis,

— sing. . . uncias duas,

— Saniculae,

— Verbasci,

— Sedi majoris,

— Sedi minoris,

— Pervincae,

— Pimpinellae albae, singul.

uncias tres,

Foliorum Quercus,

Summitatum Millefolii, singul.

uncias duas.

Contunde; exprime fortiter succum, qui cum

Aceti . . . aequali suae quantitate,

Salis culinaris . . . uncis quatuor

destillet. Productum serva. (Wirf.)

- R. Succis Millefolii,
 — Betonicae,
 — Origani,
 — Pimpinellae albae,
 — Sedi majoris,
 — Saniculae,
 — Verbenae, sing. . uncias sex,
 — Mari uncias tres,

- Kali subcarbonici,
 Salis culinaris, sing. . uncias sex,
 Cremoris Tartari . . uncias quatuor,
 Aloës Socotrinae unciam,
 Aceti destillati libram.

Dissolve Aloën in Aceto, Sal in Succo Betonicae, Kali in Succis Verbenae et Millefolii, Cremorem in Succo Pimpinellae; liquores commixtos digere per tres dies et destillando ad siccum redige; productum cum residuo pulverato dilue et novam destillationem institue, quod tertio est repetendum. (His3.)

B. Succorum Origani, Saniculae, Betonicae, Verbenae, Sedi majoris, Pimpinellae albae, Millefolii, singul. uncias sex, Succis Mari tres, Subcarbonatis, Salis marini, sing. sex, Cremoris Tartari quatuor, Aceti libram, Aloës sesquunciam; post tres dies digestionis destillet tertia pars.

- R. Spiritus Millefolii compositi
 partes duas,
 Aceti partem,
 Misc. (Fenn. Suec. Vm.)

Reizend; als Auflösungs-mittel bei Querschnungen und Ekchymosen betrachtet, auch als abstringirendes Mittel bei innern Blutflüssen und zur Verminderung der Schweisse Schwindsüchtiger gebraucht.

Gabe: vierzig Tropfen und mehr.
 Man könnte statt des Weineßigs auch Alcohol nehmen.

Millepedes.

Millepedes s. Aselli, Oniscus Asellus, L., Kellervurm, Kellersel, Assel, Kellersassel, Kellersaus; Cloporte ordinaire (Gal.); Slater, Cheslib, Woodlouse, Millipes, Tiberlouse (Ang.); Skukketroid (D.); Galminha, Cucaracha, Milpies, Cochinnilla (His.); Pissebeddea (Bel.); Centogambo, Millepede, Porcelletto (L.); Stonog (Pol.); Centopea (Lus.); Gräsugga (Suec.).

- Bat. Bort. Brt. Ful. Hanf. HassPt.
 Lit. Ot. Sax2t. Wir. Ams. B. Fer.
 GalP. Gen. His3. Pol. R. Taur. A. Fi.
 G. Gr. Re. Sp.

Der gemeine Kellervurm gehört in die Classe der Crustaceen (Isopoda, Oniscides; Latr.) und ist allenthalben sehr gemein. (Panx. Faun. Germ. fasc. IX. 21)

er ist aschgrau, glatt, mit schwarzen und gelblichen Flecken.

Die Kellervürmer gelten für eröffnend, schmelzend und harntreibend. Ehedem schätzte man sie sehr gegen Wasserfucht und Asthma.

Gabe des Putvers: einen Scrupel bis eine Drachme; des ausgepressten Saftes: eine halbe Unze.

Ful. verordnet: in muris non sub tribus collectos.

Millepedes praeparati s. Millepedae praeparatae, Aselli praeparati. (His. Taur. Fi. Re.)

R. Millepedum quantum vis.
 In bono Vino (albo) suffocatos abluet et in balneo vaporis i. e. lenissimo calore exsicca, tunc denuo, tertia vel quarta vice cum novo Vino lava et sicca.

Taur. in Aceto suffocare jubet Asellos.

Conserva Millepedum. (Ful. Lit. Wir. B*.)

R. Millepedum viventium libram,
 Sacchari albi libras duas cum dimidia.
 Contere. (Lit. Wir. B*.)

Ful. Millepedum partem, Sacchari partes duas.

Gabe: eine bis zwei Drachmen.

Jus Millepedum. (Auf.)

R. Millepedum praeparatum drachmam,
 Aquae aromaticae semunciam,
 Jussis Carnis uncias novem.
 Harntreibend.

Infusum Millepedum. (Sar.)

R. Millepedum viventium contusorum drachmas sex,
 Aquae purae uncias tres,
 Alcoholis unciam.

Post macerationem per horam cola fortiter exprimendo.
 Harntreibend.

Syrupus Millepedum. (Ca.)

R. Sacchari uncias duodecim,
 Radicis Asparagi,
 — Liquiritiae,
 Uvarum passerum,
 Foliorum Parietariae,
 Mannae, sing. drachmas duas.
 Fiat syrupus; tunc recipe
 Succis Boraginis,
 — Buglossi, sing. . uncias duas,
 Millepedum contusorum sesquunciam.

Commisce, filtra et pro uncias quatuor liquoris adde
 Sacchari semilibram.

Solve in balneo aquae et syrupum cum praecedente commisce.

Bei Husten und Keuchhusten empfohlen.

Vinum diureticum. (Ca. Sm. Sp.)

R. Millepedum viventium . unciam.

Contunde et infunde sensim

Vini albi novi aciduli . uncias sex.

Cola exprimendo. (Ca. Sm.)

Sp. Millepedum, Sacchari, sing. unciam, Vini uncias quatuor.

Liquor diureticus. (Pie.)

R. Millepedes . . . no. 30 ad 40,

Baccas Alkekengi . no. 20 ad 30,

— Juniperi . . . no. 6.

Contunde in mortario marmoreo, sensim affundendo

Vini albi sufficientem quantitatem.

Cola exprimendo.

Tinctura s. Essentia Millepedum. (Br†.)

R. Millepedum bene siccatorum

semunciam,

Spiritus Vini rectificati uncias sex.

Post sufficientem extractionem cola exprimendo et filtra.

M o m o r d i c a .

Zwei Arten dieser Pflanzengattung finden sich in den Pharmacopöen angezeigt:

1) *Momordica Balsamina*, L.; Balsampfeil, Wunderpfeil; Balsamine, Pomme de merveille (Gal.); Balmappel (Ang.); Balsamäblei (D.); Momordica (His. I.); Balsamappel (Bel.); Balsamina (Lus.).

Br†. Fer. Gal. LP. Taur. Br. Gr. Sp. Va.

2) (*Monoecia Monadelphia*, L., Cucurbitaceae, J.). Eine Pflanze Ostindien's (Blackw. t. 539 a. b. Knorr. del. I. t. B. 3. Zorn Ic. pl. t. 45.).

Die Frucht (fructus Momordicae, Pomm Hierosolymitanum) ist beerenartig, fast von der Größe eines Taubenais, von pomeranzengelber oder scharlachrother Farbe. Ehedem galt sie als Wundmittel; heutzutage bedient man sich ihrer nicht mehr. Die Wurzel, zu 2 Scrupel genommen, purgirt; das Kraut ist ein Wundmittel.

2) *Momordica Elaterium*, L., *Ecbalium Elaterium*, E. agreste, Reichenb.; Eselsgurke, Eselskürbis, Springgurke, Spitzgurke; Elaterium, Concombre sauvage, Concombre d'âne (Gal.); squirting Cucumber, wild-Cucumber (Ang.); Strikawa aneb plana tykwice (B.); Cohombrillo amargo (His.); Ezelskomkommers. (Bel.).

Bad†. Br†. HC†. Sax†. Wir†. AD. Am. Du. Ed. Fer. Gal. P. Gen. Hell. His. 3. Lon. LonN. LPC. Suec. Be. Br. C. CG. G. Gr. M. Par. Re. Sa. Sp. Z.

⊙ Eine südeuropäische Pflanze. (Blackw. t. 108. Plenck t. 693. Bull. t. 81. Schk. t. 313. Hayne VIII. 45. Zorn Ic. pl. t. 144. Woodw. Med. Bot. t. 72. Düss. off. Pl. XVI. t. 11.)

Man wendet die Wurzel und die Frucht an.

Die Wurzel (radix Cucumeris agrestis s. asinini s. Momordicae Elaterii) ist zwei bis drei Zoll dick, einen Fuß lang, und hat einen unangenehmen Geruch und einen widerlichen, brennenden Geschmack. — Die Frucht (poma Elaterii, fructus s. pepones Cucumeris asinini s. silvestris s. Elaterii recentes) ist eine cirunblängliche, grüne Beere, welche man halbreif abnimmt. Diese Frucht enthält, nach Paris, einen eigenthümlichen Stoff, das Elatin oder Elaterin (Elatinum, Elaterinum), in welchem die Wirksamkeit liegt.

Ein sehr heftiges drastisches Purgirmittel, welches ehedem bei chronischer Wassersucht gebraucht wurde, heutzutage aber nicht mehr angewendet wird.

Succus Elaterii. (His. 3. Sar.)

R. Fructuum Elaterii nondum penitus maturorum . . . quantum vis.

Seminibus separatis, reliquum contunde in mortario lapideo, exprime succum, seponere, decantha et partem limpida serva.

Elaterium s. Elaterium album, Succus spissatus Momordicae Elaterii, In-spissamentum Cucumeris agrestis s. Elaterii, Extractum Elaterii s. Fructus Momordicae Elaterii. (Bad†. Br†. Han†. HC†. HN†. Wir†. Wür†. Du. Hell. His. 3. LonN. LPC. Sar. SG. CG. DB. Gr. Re. Sp. Sic. T. Vm.)

R. Fructuum Elaterii maturorum q. vis.

Petiolis apicis, cultri ope, seminum separandorum causa remotis, contunde pericarpia in mortario pistillo ligneo, Aquam pedetentim addendo; pulpam per cribrum trajice et blando igne vaporando ad extracti consistentiam consume. (Wir†. Wür†. Gal. Sar. Sp. Sic. Vm.)

HC†. Fructus maturos contundere, succum exprimere, per cribrum setaceum tenuissimum colare, et tunc leni calore et denique balnei vaporis ope ad consistentiam extracti tertii gradus redigere; — Han†. HN†. AD. Du. His. 3. LonN. LPC. CG. Gr. Re. Succum expressum seponere, ut subsideat, liquidum supernatans rejicere et sedimentum leni calore consumere (exsiccare); — Du.

Gr. hocce blando igne inter duo lineae siccare; — *Badf.* *Br.* praecipitationem digestionis in balneo aquae ope juvare; — *Hell.* ut extr. Nucum Juglandium viridium; — *T.* ut extractum Cichorii; — *DB.* ut extractum Scillae.

Ein heftiges, ehedem und in England noch jetzt bei Wasserfuchten sehr gebräuchliches Purgirmittel. Man setzte es zu andern wasser-treibenden Mitteln.

Gabe: ein Achttheil bis einen halben Gran alle Stunden, bis zur Wirkung.

Faecula Cucumeris agrestis. (Gen. Vm.)

R. Fructuum viridium Elaterii . q. vis.
Contunde pistilli lignei ope in mortario vitreo et exprime succum, residuum cum Aquae pauxillo contusum itidem exprime; mixtos liquores sepone, decantha, igni impone, ut coagulet faecula, remove deinde, cola, faeculum bene lava et blando calore siccata pulvera.

Pulvis Elaterii. (Va.)

R. Extracti Elaterii . grana quatuor,
Tartratis Potassae . scrupulos quinque,
Zingiberis . . . scrupulum.
Misce. (30 Gran enthalten einen Gran Elaterium.)
Gabe: 5 bis 20 Gran.

Pilulae hydragogae. (Sa.)

R. Extracti Elaterii . grana decem,
— Gentianae . drachmas tres.
Fiant pilulae quatuor granorum.

Pilulae ex Elaterio s. Elaterii compositae s. hydragogae. (Suec. Gr.)

R. Gummi Ammoniaci . uncias duas,
Aloës Socotrinae,
Gummi Guttae, sing. drachmas duas,
Extracti Elaterii . semidrachmam,
Tincturae Absinthii quant. sufficit.
Fiant pilulae sexcentae et quindecim.
Gr. Tincturam Gentianae et pilulas ponderis granorum duorum indicat.

Oleum Momordicae. (Wirf. Würf. Br. Sar.)

R. Fructuum maturorum Elaterii . partem,
Olei Olivarium . partes duas.
Digere per dies duos in balneo aquae et exprime; post refrigerationem maceratio repetatur. (Sar.)

Brf. *Wirf.* digerere super cinere calido Fructuum partem, *Olei Lini* partem

cum dimidia, coquere tunc lente per horam ad consumptionem humidi usque et denique digestionem atque coctionem cum novorum Fructuum aequali quantitate repetere; — *Würf.* coquere lente ad humidi usque consumptionem Fructuum maturorum partem in *Olei Olivarium* partibus duabus.

Bei aufgesprungenen Brustwarzen, Hämorrhoidalschmerzen und Frostbeulen empfohlen.

Oleum Conyzae (majoris) s. Momordicae compositum s. Aregonis. (Hisz.)

R. Foliorum Conyzae majoris,
— Laureolae,
— Momordicae (Cucumeris agrestis),
— Calaminthae,
— Rorismarini,
— Majoranae,
— Thymi,
— Rutae,
— Lauri,
— Sabinae,
— Salviae, sing. uncias quatuor,
Radices Bryoniae,
— Ari,
— Momordicae (Cucumeris sylvestris), sing. uncias duas,
Olei Olivarium . libras decem.

Macerata per dies quatuor, tunc coque lente ad humidi usque consumptionem et cola cum expressione.

Solutio s. Mixtura Elaterii, Mixtura hydragogae. (Auf. Huff. E2.)

R. Extracti Elaterii . . . granum,
Aetheris nitrici . . . uncias duas,
Tincturae Scillae,
Oxymellis Colchici, sing. semunciam,
Syrupi Sacchari . . . unciam.

Gabe: ein Löffel drei oder vier Mal täglich in etwas Wasser; — von Dr. Ferriar bei Wasserfucht, besonders Brustwasserfucht. (Auf. E2.)

R. Extracti Elaterii . . . granum,
Aquae Petroselini . . . uncias sex,
Aetheris nitrici . . . drachmas duas,
Oxymellis scillitici,
Syrupi Rhamni, sing. . . semunciam,
Roob Juniperi . . . unciam,
Tincturae aromaticae . . . drachmam.

Gabe: zwei Löffel alle zwei oder drei Stunden. (Huff.)

Suppositorium catharticum (Par.): Elaterii granum ad duo, Saponis duri grana

octo contrita cum vehiculo apto a Dr. Paris maxime laudatum.

Elaterinum, (DB.) der wirksame Stoff des Elaterium, wird von Edinburger Aerzten in folgender Form angewendet:

℞. Elaterini granum,
Alcoholis unciam,
Acidi nitrici guttas quatuor.
Dissolve.

Gabe: 36 bis 48 Tropfen in einer halben Unze Zimmtwasser. (Va.)

Monarda.

Monarda punctata, L.; punctirte Monarde; Monarde ponctuée (Gal.); Horsemint, Mountain Balm (Ang.).

AD. Am. C. Gr.

⊙ (Diandria Monogynia, L.; Labiatae, J.). Eine in Nordamerika einheimische Pflanze. (Pluk. Alm. t. 24. fig. 1.)

Das Kraut, welches man anwendet, besteht aus einem filzigen, weißlichen Stängel mit schmalen, spißigen und überall mit vielen glänzenden Haaren bedeckten Blättern.

Wahrscheinlich wirkt es als Reizmittel.

Oleum Monardae aethereum, *Aethereoleum Monardae*. (AD. Am. C. Gr.)

℞. Herbae Monardae . . . quantum vis,
Aquae quantum sufficit,
ut herba obtegatur. Destillent.

Monesia.

Mohica, Mart.; Buranhe guranhem, Buranhem (Br.); Casca doce. (Lus.)

F.

Ein Baum Brasiliens, nach Willd. *Pometia lactescens*, nach Riedel *Chrysophyllum glycyphlaeum*. Die Rinde ist herb, hart, schwer und gleichmäßig dunkelrothbraun, der Geschmack derselben anfangs süß, dann zusammenziehend; sie ist in neuerer Zeit oft mit Erfolg gegen Blutungen und Schleimflüsse gebraucht worden.

Die Frucht ist eine eßbare, längliche Pflaume, deren Kern als Wurmmittel benutzt wird.

Das Extract wird fertig bereitet aus Brasilien bezogen.

Mixtura Monestae. (F.)

℞. Extracti Monesiae . . . semidrachmam.
Solve in
Aquae fontanae . . . uncii quatuor.
Adde
Liquoris anodyni mineralis Hoffmanni
drachmam.
Misce.

Moringa.

Moringa oleifera (zeylanica) Lamk. M. aptera, Gaertn.: gemeine Behennuß; *Ben oleifera*. (Gal.)

Br. Ful. Lit. Wir. Gal. GalP. Taur. G. Gr. Sp.

Ein Baum (Hexandria Monogynia, L.; Leguminosae, J.) Malabar's (*Blackwood*, t. 386. *Plenck* t. 318. *Descourt*. Fl. méd. d'Ant. t. 27. Fl. méd. III. 63.).

Man wendet die Wurzel und den Samen an.

Die Wurzel (radix Moringae s. Guilandinae Moringae, *Hyperanthera Moringa*) besteht in Stücken von verschiedener Dicke, von gelblicher Farbe, harzigem Bruche und gewürzhaftem Geruche und Geschmacke.

Man ist noch nicht ganz sicher, ob sie wirklich von dieser Pflanze kommt.

Ein fast ungebrauchliches Wurmmittel.

Der Same, *Ben-Ruß* (nux Ben s. *Been s. Behn*, *Balanus myrpesica*, *Glanis unguentaria*), ist eine eiförmige Nuß mit drei häutigen Flügeln, welche unter einer harten, knorpeligen Rinde eine weißliche Masse enthält.

Oleum Been s. balatinum. (Ful. Lit. Gal. GalP. Br. T.)

℞. Nucum Been excorticatarum q. vis.
Contunde pistilli lignei ope in mortario marmoreo; pastam in sacco e tela confecto inclusam exprime frigide et oleum cola. (Ful. Gal. Br.)

Lit. saccum pastam continentem super Aqua bulliente suspendere, ita ut aquoso vapore imbibatur, et tunc prelo submittere; — GalP. ut oleum Amygdalarum dulcium.

Erweichend, die Haut röthend, krampfstillend, wurmtreibend, aber wenig im Gebrauche.

Das *Oleum Guilandinae Bonducellae* wird gegen Convulsionen und Lähmung angewendet. (Gr.)

Morphium.

Morphia, *Morphina*, *Morpheum*, *Morphinum purum*: Morphin, Morphinium; Morphine. (Gal.)

Badf. Borf. Hcf. Hnf. Saxf. SHf. Arg. AD. B*. DN. Fer. Gal. GalP. Hell. LPC. Pm. Taur. DB. Fi. Gr. Re. T.

1) Sertürner's Methode.

℞. Extracti Opii . . . partes quingentas,
Aquae . . . quantitatem sufficientem,
ut solutio frigida indicet 8° Ar. In-
funde ei
Ammoniaci liquidi 22° . . . q. s.,

vel satis, ut parvus ejus sit excessus; praecipitatum, quod enascitur gelatinosum, separa, crystallos in funulo ortas filtro recipe et siccitas in Acido sulphurico 66° calido et antea Aquae octo partibus diluto solve, liquori infunde Ammonium, praecipitatum, quod enascitur, exsumendo et Alcohole 22° ablutum in Alcohole 36° bullienti solvendo; solutionem colatam crystallisationi subjice. (Gal. Re.)

DB. Opii libram, Aquae destillatae libras sex, Ammoniae in Alcoholicis 36° B. vigintiplici quantitate soluti s. q., Acidi sulphurici q. s. etc.

2) Sottot's Methode.

R. Opii quantum vis.

Macerationes plures perfice, liquores commixtos ad 2° Ar. usque inspissa, liquido tepido Ammoniacum (causticum) adde ita, ut sit ejus parvus excessus, praecipitatum glutinosum inde formatum filtra, infunde frigide Ammoniaci liquidi novam quantitatem in excessu et praecipitatum in panno e tela aretioris texturae confecto receptum et Alcohole 20° ablutum sicca, pulvera et Alcohole 36° bullienti, parva Carbonis animalis proportione mixto tracta. (Gall. T.)

3) Robiquet's Verfahren.

R. Opii puri concisi . partes trecentas,
Aquae communis . partes mille.

Macera per dies quinque, cola et colaturae adde

Magnesiae calcinatae

partes quindecim.

Coque per sexagesimas decem, filtra, sedimentum Aqua frigida ablue, sicca et blandi caloris ope in Alcoholicis 22° q. s. macera; quod restat, cum Alcohole frigido ejusdem gradus ablue, sedimentum per momenta aliquot in Alcohole 32° bullienti tenens et liquore colato crystallos refrigeratione inde enatas in Alcohole 36° bullienti solve et solutionem crystallisationi subjice. (B. Fer. Gal. Re. T.)

Gr. Opii uncias tres, Aquae decem, Magnesiae calcinatae drachmam et grana duodecim vel potius Calcis vivae sesquidrachmam, caeterum ut antea; color Carbonis animalis ope extrahi potest. — *Residuum, Extractum Opii Morphina privatam.* (4 Gran = 1 Gran Extracti opii aquosi oder $\frac{1}{2}$ Gran Morphin); — *Pi.* Opii libram, Aquae communis libras tres, Alcoholicis dictorum trium graduum q. s., Magnesiae purae grana decem, caeterum ut antea; — *Pm.* Opii libram,

Aquae libras tres, macerationem per quadrimum, Magnesiae purae s. causticae drachmas quatuor et Alcholem primum graduum 20 Ar. Baum., deinde graduum 36, et eundem procedendi modum, crystallos vero obtentas denuo Alcholle solve etc.

Sax2+. *SH+*. Opii uncias quatuor repete (ter *SH+*.) in Aqua fontana frigida macerare, liquorem a residuo expressione separatam frigidum cum Kali bicarbonici semuncia miscere ad perfectam solutionem, liquorem filtratum tandem coquere, donec Acidum carbonicum inde non prodeat, tunc per nychthemeron seponere, ut Morphium in crystallos abeat, quae Aqua fervida abluantur et siccentur; ut vero Morphium coloris expers obtineatur, unciam ejus superfundere Aquae destillatae uncis octo, instillare sensim Acidi sulphurici rectificati quantum ad completam Morphii solutionem necesse, qua Spiritus Vini rectificatissimi uncis viginti (duplo *SH+*.) diluta sub continua agitatione addatur Liquoris Ammonii caustici q. s., ut omnis aciditas saturaretur et Ammonium parumper praevaleat; liquor per nychthemeron quiete sepositus crystallos demittet, quae, si nondum satis caloris expertes essent, eidem operationi subjiciantur; — *Bad+*. Opii libram subjicere extractioni iteratae Aquae frigidae triplo, solutiones ponderis spec. 1,02 — 1,03 colare et colaturae addere Kali bicarbonici in Aquae frigidae uncis sex soluti sesquunciam, seponere, secernere sedimentum et colare; tunc colaturam ad ebullitionem incallescere, seponere per nychthemeron, Morphium excretum colligere et solvere in Aquae octuplo Acidi sulphurici diluti s. q. commixtae, ut acidum praevaleat; nunc solutioni addere Alcoholicis uncias duodecim, digerere cum Carbone Ossium (Morphii ponderis circiter triplo) temperatura 50° C., liquori colato admiscere Ammonium causticum liquidum ad excessum, seponere per aliquot dies in vase aperto et Morphium excretum Aqua frigida abluere et in aëre siccare; — *Arg.* GalP. Opium cum Aquae frigidae decuplo per nonnullas horas macerare et malaxare et hanc operationem quater repetere, liquores filtrare et ad quartam partem evaporare, dein Ammonium liquidum in excessu addere, ebullire per nonnullas sexagesimas et post refrigerationem crystallos praecipitatas cum Aqua frigida lavare; pulverata macerare per horas duodecim cum Alcohole 24° Cart. (65 Cent.), tum Alcholem decanthare et residuum in Alcohole bulliente 33° Cart.

(85 Cent.) solvere, paululum Carbonis animalis addere et filtrare; — AD. Opii concisi libram macerare cum Aquae destillatae octariis quatuor in vase vitreo, saepius agitando, per sex dies, filtrare et residuum iterum lavare cum Aquae destillatae octariis duobus; mixtis ambobus liquoribus addere Alcoholis octarios quinque et Liquoris Ammoniae uncias tres cum Alcoholis semioctario mixti, et post horas viginti quatuor iterum infundere Liquoris Ammoniae uncias tres cum Alcoholis semioctario mixti; formatas in horis viginti quatuor crystallos coquere cum Alcoholis octariis duobus usque ad dissolutionem, filtrare et iterum in crystallos redigere.

4) Verfahren Winkler's und Brande's.

R. Opii partes tres,
Aceti partem,
Aquae destillatae . . . partes octo.

Post aliquot dies digestionis materiam separatam pluribus vicibus Aqua cum Aceto mixta ablue, liquoribus conjunctis Ammonium infunde, praecipitatum filtro receptum per aliquot dies cum Aethere alcoholisato tracta; a liquido supernatante Morphinum a materiis simul cum ea praecipitatis separa, dissolve in Alcohole bullienti 36° et liquorem refrigeratione in crystallos abire fac. (Re.)

5) R. Opii pulverati uncias quatuor.
Digere leni calore cum

Aquae destillatae
unciiis triginta duabus,
Acidi muriatici . . . uncia

mixtis per horas sex, saepius agitando, et decantha. Residuum ter simili modo digeratur. Liquoribus obtentis adde

Natri muriatici uncias sedecim.

Sale soluto et materiis sepositione perfecte praecipitatis, filtratis admisce

Liquorem Ammonii caustici, quamdiu praecipitatum efficitur, et miscellam per biduum sepone. Praecipitatum ope filtri separatum Aqua destillata frigida ablutum et siccatum digere cum

Spiritus Vini alcoholisati

partibus decem, quoties hic illius aliquid solvit. Tincturae ferventes filtratae sepositione et destillatione in crystallos redigantur; has Spiritu Vini rectificatissimo frigido ablutas leni calore in

Acidi muriatici, Aquae destillatae

partibus quatuor diluti, q. s. solve. Liqueur post refrigerationem in massam crystallinam abeat; hanc linteo inclusam exprime, ut ab heterogeneis depuretur. Residuum solvatur in

Aquae destillatae fervidae q. s. et liquorem refrigeratum cum

Liquore Ammonii caustici ad perfectam Morphii praecipitationem usque misce. Praecipitatum in

Spiritus Vini alcoholisati q. s. solutum lege artis in crystallos redige. (Bor5+. HCl+. H2N+. Hell.)

R. Opii minutim concisi . . . partem,
Spiritus Vini rectificati (ponderis specif. 0,75) . . partes quatuor;
per nycthemeron macera et filtra, partem Opii remanentem expressam denuo macera cum

Spiritus Vini rectificati
aequali ejus ponderis parte.

Tincturis commixtis et filtratis adde

Liquoris Ammonii caustici

tantam partem, ut Ammonium aliquantulum praevaleat, quo efficiatur, ut Morphinum jam post aliquot horas, majori tamen copia post aliquot dies praecipitetur. Morphinum praecipitatum, a liquore fusco innatante separatam, primum Spiritu magis diluto, deinde Aqua bene dulcora; tum Morphinum Spiritu alcoholisato 0,82 coquente solve, cum aliqua Carbonis animalis depurati parte coque et, ut crystallos concrecant, solutionem fervidam filtratam sepone. Tum crystallos Aqua ablutas cum

Aetheris sulphurici . . . octuplo conquassa, ut Narcotinum solvatur; crystallos inter chartam bibulam siccatas in vitro bene obturato serva. (DN.)

LPC. Morphiae Hydrochloratis unciam, Liquoris Ammoniae drachmas quinque, Aquae destillatae octarium.

